derant, & a suis filiis optant honorari. Unde & constat ad utriusque partis utilitatem atque cautelam præsentem legem fuisse prolatam: quam ex hac occasione promulgandam esse perspeximus. In aliquo autem negotio discceptantes, invenimus Pulcheriam filiam gratam quidem a sua genitrice fuisse dictam, exheredatam autem testamento nominatam tam in paternis, quam in maternis facultatibus: & talem quidem scripturam, quia dolo eam, & machinatione quorundam compositam fuisse comperimus, nullo modo permisimus obtinere: filiam autem heredem patris ac matris jussimus fieri: sicut & in scriptis prolatum super hac causa nostrum manifestat arbitrium. §. 1. Meminimus [1] insuper legem [2] a nobis fuisse prolatam, per quam jussimus *nulli penitus esse licentiam corpora defunctorum debiti gratia detinere, aut impedimentum eorum facere sepulturæ.* Sed in præsenti quendam cognovimus cujusdam mortui genitorem a sepultura sui filii redeuntem, nomine debiti tedium esse: ideoque pium, & humanum esse perspeximus talem crudelitatem hac lege piissima coercere. Sancimus itaque nulli penitus esse licentiam, aut heredes, aut parentes, aut liberos, aut conjugem, aut agnatos, vel cognatos, aut alios affines ejus, aut fidejussores, ante [3] novem dierum spatium, in quibus videntur lugere, conveniendi, aut quocunque modo inquietandi, aut aliquam admonitionem eis offerendi, aut in judicium [4] eos vocandi, five debiti gratia quod a defuncto descendit, five alterius cujuscunque causæ nomine ad memoratas personas specialiter pertinentis. Si vero intra novem dierum spatium aliquis ausus fuerit quamlibet de prædictis personis prehendere, aut adoriri, aut aliquam cautionem seu promissionem vel fidejussionem exigere ab ea: hæc omnia invalida esse decernimus. Post novem autem dierum excursum, si quis contra tales personas aliquas habere putaverit actiones, eas secundum leges exerceat, nullo videlicet præjudicio actoribus ex hoc intervallo circa temporalem præscriptionem, aut in alia quacunque legitima allegatione penitus generando.

CAP. VI.

De [5] constituta pecunia [6].

AD [7] hoc, aliud capitulum ad pecuniæ constitutionem seu promissionem respiciens, hac lege prævidimus definire. Sancimus igitur, si quando aliquis aut pro [8] se, aut pro alia persona pecuniam constituerit, vel spoponderit, dicens forte cuicunque; *Satis [9] tibi facio:* eum in quantitatem quam dixit, modis omnibus obligari, atque promissionem seu sponsionem suam adimplere, & debitum compelli persolvere. Si quis autem dixerit, *Fiet tibi satis a me, & ab illo, & illo:* illis quidem quos nominaverit, non consentientibus, nullum ex tali voce fieri præjudicium: sed nec ipsum qui hoc dixerit, pro illis personis quas nominavit, aliquam exactionem sustinere: pro se autem, quod secundum leges debere monstratus fuerit, pro rata tantum portione persolvere. Si autem dixerit, *Fiet tibi satis aut a me aut ab illo & illo:* tunc nominatis quidem simili modo non consentientibus nullum fieri prædicium: ipsum autem qui hoc promiserit, integrum quidem debitum cogi persolvere. Si quis autem dixerit, *Fiet tibi satis*, cum tali verbo, ut impersonaliter [10] dicto, tanquam si nihil promiserit, ita ab omni exactione liberum servari. Si quam autem contra nominatas personas putaverit sibi actionem competere, eam secundum leges adversus eos proponere, & legis auxilio perpetiri.

EPILOGUS.

† Hæc autem obtinere sancimus in casibus omnibus quæ nondum judiciali sententia, vel amicabili conventione sopitæ sunt, parens charissime atque amantissime. Celsitudo itaque tua præsentem nostri numinis generalem constitutionem edictis quidem in hac regia civitate more dicto proponendis, præceptionibus autem ad provinciarum rectores dirigendis, ad omnium notitiam faciat pervenire. Dat. Kal. Februar. *Constantinop.* Imper. DN. JUSTIN. PP. Augusti. Anno XV. [11] BASIL. V. C. CONS.

TIT. XVII.

UT NEQUE MILES [12], NEQUE FOEDERATUS [13] OBSERVETUR [14] DOMUI PRIVATÆ [15] AUT POSSESSIONI ALICUJUS.

NOVELLA CONSTIT. CXVI.

Imp. Justin. Augusti. Theodoto Orientalium prætoriorum præfecto.

PRÆFATIO.

CUm domini Dei benevolentia ad custodiam nostrorum subjectorum militarium rerum incipit ordinatio. His enim providentia Dei dispositis, Barbarorum quidem incontinentia refrenatur, reipublicæ vero res augetur. Et quoniam aliqui propriæ salutis pro nihilo facientes rationem, milites & fœderatos, qui debent pro libertate reipublicæ contra inimicos certare, præsumunt subtrahere, & in privatas suas occupare utilitates: prævidimus per præsentem legem nostram omnibus interdicere, ut nullum de cætero præsumant militem in quocunque relatum numero, aut fœderatum subtrahere, & in sua domo aut in propriis habere possessionibus, pro quibus nos multos sustinemus labores: exercentur enim & militant, ut communibus utiles sint rebus.

CAP. I.

SInt igitur omnes scientes, qui milites aut fœderatos aliquos in suis habent domibus [16] aut possessionibus, aut qualitercunque observantes, & quasdam eis proprias implentes utilitates: quod nisi intra triginta dierum dilationem, computandorum ab infinuatione per loca præsentis nostræ dispositionis, eos expulerint: subtantiæ quidem habentium eos, aut retinentium publicationi subjectæ, fisco applicabuntur; ipsi vero & dignitatibus & militiis, quas habent, expellentur: milites vero & fœderati qui eis post dilationem observaverint, non solum militia spoliabuntur, sed etiam ultima [17] sustinebunt supplicia: scientibus etiam uniuscujusque provinciæ judicibus, quia si aliqui invenjantur in locis [18] quæ sub his sunt exactoribus, aut convictoribus, aut personis aliquibus, aut [19] dominiis, aut possessionibus, aut quibuslibet propriis utilitatibus permanentes, & non celeriter istos comprehenderint, & suppliciis subdiderint, & milites quidem ad numeros suos transmittant in quibus militant, fœderatos [20] vero ad proprias [21] optiones: ipsi decem librarum auri pœnam exigentur, & insuper exilio tradentur, utpote nostras jussiones præsumentes negligere. Nemo igitur neque divino quodam typo de hoc forsan facto, neque præceptis judicum utatur, neque aliquis nostrorum judicum hujusmodi aliquos typos aut præceptiones judicum suscipiat, sed cum omni celeritate militantes quidem ad proprios numeros [22], fœderati vero ad suas optiones revertantur, & pro communibus certent rebus: nullo enim modo de cætero concedemus nostros milites aut fœderatos in quibusdam omnino privatis utilitatibus occupari.

EPILOGUS.

† Quæ igitur placuerunt nobis, & per præsentem manifestata sunt legem, tua eminentia præcognoscens, in hac quidem felicissima civitate edictis secundum morem propositis, in provinciis vero præceptionibus destinatis [23] omnibus manifesta constituere festinet. Dat. Id. April. *Constantinop.* Imper. DN. JUSTIN. PP. Aug. Anno XV. [24] BASIL. V. C. CONS.

TIT. XVIII.

UT [25] LICEAT MATRI [26] ET AVIÆ, ET ALIIS PARENTIBUS POST LEGITIMAM PARTEM LIBERIS DERELICTAM, QUOMODO VOLUERINT RESIDUAM FACULTATEM SUAM DISPONERE, ET ALIA CAPITULA PLURA.

NOVELLA CONSTIT. CXVII.

Imp. Just. Aug. Theodoto præfecto Orientalium prætoriorum.

PRÆFATIO.

DIversis capitulis ad nos relatis, necessarium esse perspeximus generali hac lege disponere.

CAP. I.

Si quis filiumfamilias heredem instituerit, ut pater ipsius usumfructum hereditatis non habeat [27].

SAncimus [28] igitur licentiam esse & matri & aviæ, aliisque parentibus, postquam reliquerint filiis partem, quæ lege [29] debetur: quod reliquum [30] est suæ substantiæ sive in solidum voluerint, sive in partem, filio vel filiis, nepoti vel nepti, & deinceps descendentibus donare, aut etiam per ultimam relinquere voluntatem, sub hac definitione atque conditione, si voluerint [31] *ut pater aut qui omnino eos habeat in potestate, in his rebus neque usumfructhum, neque quodlibet penitus habeant participium.* Hæc enim & extraneis relinquere poterant, unde nulla parentibus utilitas nascseretur. Hoc itaque non solum parentibus, sed etiam omni personæ licere præcipimus. §. 1. Res autem ita relictas sive donatas positis sub potestate personis, si quidem perfectæ [32] sint ætatis: licet [33] sub potestate sint, licentiam habeant quo volunt modo disponere. Si vero ætate minores sint: per quem perspexerit testator, aut donator, hæc gubernentur, donec illi quibus donata sunt aut relicta, ad perfectam ætatem veniant: licentiam [34] habente testatore, vel donatore, & matri & aviæ horum quibus res collatæ sunt, ipsarum rerum si voluerint gubernationem committere, licet maritis junctæ sint memoratæ mulieres: ita tamen, si & ipsæ hujusmodi gubernationem susciperе voluerint. Si vero forsan is qui relinquit, aut donat, nullum his dispensatorem ordinaverit, aut ab eo datus hujusmodi gubernationem subire noluerit, aut non potuerit, aut moriatur antequam illi perfectæ [35] fiant ætatis, tunc jubemus judicem [36] competentem curatorem fide dignum cum legitima fidejussione [37] rebus talibus ordinare, qui debeat relictam talibus personis substantiam gubernare atque custodire,

1 Hinc sumpta est Authent. *Sed neque, C. de sepulchr. violato.* 2 *Novell.* 60. *c.* 1. adde *l. ult. Cod. de sepulcro violato: l.* 2. *ff. de in jus vocando. l.* 36. *ff. de jud.* Goth. Vide Pecc. *de jure sistendi cap.* 5. *n.* 23. 5. 1. 3 Solebant enim (in nonum usque diem justa defunctis & [illegible] perfolvi, *Nov.* 133. *cap.* 3. *in fin.* Gregor. S. *ἐνάτη μὲν ἡμέρᾳ παρὰ πατὴρ τὸν τελευτῶν τῷ βασιλικῷ καὶ ἀπαρασ τῶν ἐνδόξων γυναικῶν τὸ νενομισμένον τελεσθῆναι πένθος καὶ τὰ μνημόσυνα;* qui mos ex paganis manavit: Dion. *in Adriano.* Πλωτῖνος ἀποθανόντων τρίμηνον ὃν ἐπὶ τρίμηνον ἐπὶ μνησικακίᾳ. Augustin. *in ep. super Gen.* Netcio, utrum inveniatur, alicui sanctorum in scripturis celebratum esse luctum 9. dierum, quod apud Latinos Novendiale appellant, unde mihi videntur ab hac consuetudine prohibendi, fi qui Christianorum ipsum in mortuis fuis numerum fervent, qui magis eft in Gentilium confuetudine, Donatus *in Phormione.* In nuptiis feptimus dies inftaurationem voti habet, ut in funere novem dies, qui parentalia concludunt, vide Cujac. *hic & cap.* 6. *de præfcript.* Hinc Novendiala cœna apud Tacitum 6. *Annalium.* Virg. 5. *Æneidos.* Præterea fi nona dies mortalibus almum Aurora extulerit. Statius Thebaidos 6. *verf.* 228. in Archemori funere, Rofcida jam novies cœlo demiferat aftra Lucifer. Glofius Novendialia Ἐνατα ἡμερὰ ἀγόμενα. Eodem die cenæ funebres & epulæ febant. Julius Obfequens. adde Feftum *in Novendiales ferie.* 4 *l.* 2. *l.* 3. *ff. de in jus vocando.*

5 Actio de conftituta pecunia (de qua vide §. 9. *Inftit. de actionib.*) Græcis, ἐκ τῆ ἀπὸ συνθήκης ἀγωγῆ. 6 Hæmen. 6. 8. 5. 7 Vide Jul. *conftit.* 107. *n.* 378.

7 Hinc fumpta eft Authentica, *Si quando, Cod. de conftituta.* Goth. Vide Rittershuf. *part.* 2. *c.* 5. Anf. 8 Conftituimus aut pro nobis aut pro alio. 9 Formulas quatuor conftituendi hic obferva. Satis tibi facio, Fiet tibi fatis a me & ab illo, & illo, Fiet tibi fatis aut a me, aut ab illo & illo, Fiet tibi fatis. Priore & tertia formula conditionem in folidum obligari, fecunda viriliter tantum: Quarta nullo modo obligari. 10 Impersonalis enunciatio non obligat loquentem. 11 Id eft, anno 541.

12 Περὶ στρατιωτῶν *Scrimg.* de militibus *Index Reg.* 13 Fœderati qui fint, vide *cap.* 1. *f. hic.* 14 Id eft, recipiatur in domo vel poffeffione alicujus privati.

15 Τὸ μὴ τινα στρατιώτην ἢ φοιδεράτον ἐν τινὶ ἰδιωτικῇ χρείᾳ ἀσχολεῖσθαι καὶ ἐνοχλεῖσθαι τοῖς κατὰ τὰ μνημόσυνα; qui mos ex paganis manavit: Dion. *in Adriano.* Πλωτῖνος ἀποθανόντων τρίμηνον ὃν ἐπὶ τρίμηνον ἐπὶ μνησικακίᾳ. Augustin. *in ep. super Gen.* Netcio, utrum inveniatur, alicui sanctorum in scripturis celebratum esse luctum 9. dierum, quod apud Latinos Novendiale appellant, unde mihi videntur ab hac consuetudine prohibendi, fi qui Christianorum ipsum in mortuis fuis numerum fervent, qui magis eft in Gentilium confuetudine, Donatus *in Phormione.* In nuptiis feptimus dies inftaurationem voti habet, ut in funere novem dies, qui parentalia concludunt, vide Cujac. *hic & cap.* 6. *de præfcript.* Hinc Novendiala cœna apud Tacitum 6. *Annalium.* Virg. 5. *Æneidos.* Præterea fi nona dies mortalibus almum Aurora extulerit. Statius Thebaidos 6. *verf.* 228. in Archemori funere, Rofcida jam novies cœlo demiferat aftra Lucifer. Glofius Novendialia Ἐνατα ἡμερὰ ἀγόμενα. Eodem die cenæ funebres & epulæ febant. Julius Obfequens. adde Feftum *in Novendiales ferie.* 4 *l.* 2. *l.* 3. *ff. de in jus vocando.*

16 Hæc verba *quæ sub his sunt exactoribus, aut convictoribus*, defunt in Scrimger. editione. 17 Id eft, mortem. 18 Εἰσωτὰ ἢ θυσιαστικὰ. *Scrimger.*

19 Hæc verba *quæ sub his sunt exactoribus, aut convictoribus*, defunt in Scrimger. editione. 20 Fœderati. *l. ult. Cod. de locat. Julian. conft.* 108. *num.* 388. fub optionibus five Phylarchis erant, in exfpofit. *Nov. part.* 4. *cap.* 7. *& part.* 5. *cap.* 3. Anf. 21 Optiones, vel ducibus, vel tribunis. Duces optionum, Phylarchi appellantur. vide quæ notavi ad *Novell.* 102. *cap.* 1. Hic ergo fœderati ad optiones fuas; milites, ad numeros fuos; relicti privatorum negotiis, redire jubentur, his addo, quæ dixi ad *l.* 34. *Cod. de locat.*

21 Ἰδίοις ὀπτίοσιν *Scrimg.* 22 Numeri militum, optiones fœderatorum.

23 Ad præfides. 22 Id eft, anno 541. 25 De divortiis & aliis capitulis, *Index Regin.* adde Jul. *conft.* 208. 26 Huc refer *c.* 1. *f. hic.* 27 Jul. *hic*, *n.* 379. 28 Hinc fumpta eft Authent. *Excipitur. Cod. de bonis qua liberis.* Goth. Vid. Goed. *de verb. ftipulat. cap.* 7. *num.* 44. Rittershuf. *in exfpofit. Nov. part.* 4. *cap.* 7. *& part.* 5. *cap.* 3. Anf. 29 Liberis relinquenda eft, ut minimum, legitima. 30 Poteft parens uni liberorum plus aliis relinquere. 31 Ea lege alcendentes & extranei bona alicui relinquere poffunt, ne ufusfructus eorum patri acquiratur. 32 Id eft, 25. annorum. 33 Vide quæ fcripfi ad *l.* 3. *c. qui teft. non.* 34 *l.* 3. §. 3. *ff. de ufur. l.* 4. *C. de confirmando tutore: l.* 32. *verf. fimilis. ff. de excuf. tut.* 35 Id eft, 25. annorum. 36 Vide *tit. ff. de tutoribus datis.* 37 Rem pupilli falvam fore feil.

donec [1] illi ad perfectam (ficut dictum eft) ætatem perveniant. In illis enim casibus legem quæ usum [2] parentibus præbet, volumus custodiri, quibus non ineft fpeciaiiter hujusmodi conditio.

CAP. II.

De eo qui in aliquo inftrumento nominatus eft filius [3].

AD [4] hoc autem & illud fancire perfpeximus: ut fi quis filium aut filiam habens de libera muliere cum qua nuptias confitere poffunt, dicat in inftrumento, five publica five propria manu confcripto, & habente fubfcriptionem trium [5] teftium fide dignorum, five in teftamento five in geftis monumentorum, *hunc aut hanc filium fuum esse [6], aut filiam*, & non adjecerit naturalem: hujusmodi filios esse legitimos, & nullam aliam probationem ab iis quæri, fed omni frui eos jure quod legitimis filiis noftræ conferunt leges: utpote ipfo patre (ficut dictum eft) filios proprios eos vocante. ex hoc enim & cum eorum matre monftratur legitimum habuiffe matrimonium: ut neque ab ea pro nuptiarum fide alia probatio requiratur. Si autem pater ex ipfa muliere multos filios habens, uni ex eis teftimonium quolibet ex prædictis præbuerit modis: fufficere ex eadem muliere natis, ad legitimorum jura patris teftimonium uni datum.

CAP. III.

De muliere qua fine dotalibus inftrumentis nupfit [7].

HOc quoque præfenti conftitutioni perfpeximus adjiciendum: ut fi quis ex non fcripto per affectum nuptialem uxorem acceperit, & ex ea filios procreaverit: foluto autem matrimonio contingat eum etiam aliam ducere conjugem cum dotalibus inftrumentis, & ex ea fimiliter filios procreare, nullum circa paternam hereditatem aliis filiis ex indotata [8] conjuge natis præjudicium fieri: fed cum aliis filiis ex fecunda natis uxore, quæ cum dotalibus inftrumentis copulata eft, ad patris etiam illos hereditatem vocari, cum etiam ex folo affectu poffit confiftere matrimonium: quod fimiliter valere volumus, etiam fi prius quidem cum dotalibus inftrumentis jungatur aliquis uxori, poft illam vero alteram ducat folo nuptiali affectu.

CAP. IV.

De nuptiis [9] illuftrium, ut cum dotalibus inftrumentis fiant.

QUia [10] vero legem [11] dudum protulimus jubentem aut dotalia fieri documenta, aut alias probationes procedere factas apud eccleſiæ defenſores, per quas nuptias competat confirmari, aut certe facramenta præberi: in præfenti perfpeximus melius difponere ea quæ de his pridem fancita funt. Et propterea jubemus eos [12] qui maximis dignitatibus decorati funt, usque [13] ad illuftres, non aliter nuptias celebrare, nifi dotalia fcribantur inftrumenta: nifi tamen aliquis antequam mereretur hujusmodi dignitates, ex affectu folo duxit uxorem. Tales [14] enim nuptias ante dignitates factas, & poft dignitates, legitimas manere præcipimus, & ex his natos legitimos esse filios. Poftquam vero honorati fuerint aliqui hujusmodi dignitatibus: non aliter ducere uxores, nifi cum dotalibus inftrumentis. Hanc autem legis fubtilitatem concedimus [15] fubjectis noftræ reipublicæ Barbaris [16], licet dignitatibus hujusmodi decorati fint, ut etiam fub affectu [17] poffint ipfi volentes contrahere nuptias. Reliquos autem omnes præter eos qui maximis (ficut dictum eft) dignitatibus decorati funt, cujuslibet fint dignitatis, aut militiæ, aut ftudii, fi quidem voluerint, aut potuerint, non prohibemus eos cum dotalibus inftrumentis ducere uxores. Si autem etiam hoc non cuſtodierint, & ex folo [18] affectu celebratas nuptias firmas esse fancimus, & ex eis natos, legitimos esse filios jubemus.

CAP. V.

Ut cum matrimonium eft fine dote, & conjunx fuperftes inops, mortui quartam [19] partem accipiat.

QUia [20] vero legem [21] dudum poſuimus præcipientem, *Ut ſi quis uxorem aliquando ſine dotalibus acceperit, cum affectu ſolum nuptiali, & hanc ſine cauſa legibus agnita projecerit [22]: accipere eam quartam [23] partem ſubſtantiæ ejus.* & aliam [24] poſt hanc fecimus legem decernentem: *ſi quis indotatam uxorem per affectum ſolum acceperit, & usque ad mortem cum ea vixerit, præmoriatur, accipere ſimiliter & eam quartam illius ſubſtantiæ portionem: ita tamen, ut non tranſeendat hoc centum [25] librarum auri quantitatem.* In præſenti melius utramque legem diſponentes, ſancimus in utroque caſu ex talibus matrimoniis natos filios legitimos esse, & ad paternam vocari hereditatem: uxorem autem ex utroque horum caſuum, ſiquidem usque ad tres habuerit filios ejus vir ſive ex ea, ſive ex alio matrimonio, quartam partem ex ſubſtantia viri accipere. Si autem amplius fuerint filii: tantum in utroque ſimiliter caſu accipere jubemus mulierem quantum uni competit filiorum: ita quippe, ut uſum ſolum [26] in talibus rebus mulier habeat: dominium autem illis filiis ſervetur, quos ex ipſis nuptiis habuerit. Si vero talis mulier filios ex eo non habuerit, jubemus etiam dominii jure habere eam res, quas ex viri facultatibus ad eam venire per præſentem juſſimus legem. Quæ tamen irrationabiliter [27] excluſa [28] eſt: in ipſo tempore expulſionis partem jubemus accipere, quæ continetur hac lege. Virum etiam in talibus caſibus quartam, ſecundum priorem noſtram legem, ex ſubſtantia mulieris accipere, modis omnibus prohibemus.

CAP. VI.

De Leoniana [29] & Conſtantiniana conſtitutione [30].

ILlo indubitanter obſervando, ut Leonis piæ memoriæ conſtitutio [31] in omnibus aliis caſibus qui non continentur præſenti lege, propriam habeat fortitudinem. Conſtantini vero piæ memoriæ legem [32] ad Gregorium ſcriptam, & ſuper ea factam interpretationem a Martiano [33] lex [34] abjectas vocavit) ad quosdam dignitatibus decoratos prohibentur, nullo penitus modo valere permittimus: ſed licentiam [35] volentibus præbemus, etſi quibuslibet magnis dignitatibus decorentur, hujusmodi mulieres cum dotalibus inſtrumentis ſibimet copulare. Reliqui vero citra eos qui majoribus dignitatibus decorati ſunt, licentiam habeant hujusmodi mulieres accipere, ſive ſcripto voluerint, ſive ſolo affectu nuptiali: ſi tamen liberæ ſint, & cum quibus liceat nuptias celebrare.

CAP. VII.

Soluto per repudium matrimonio quomodo & [36] apud quem liberi alantur [37].

ILlud [38] quoque diſponendum eſſe perſpeximus, ut ſi quando inter maritum & uxorem nuptias ſolvi contigerit: ex hujusmodi nati filii, nullo modo lædantur ex ſeparatione nuptiarum, ſed ad parentum hereditatem vocentur, ex patris ſubſtantia indubitanter alendi. Et ſi [39] quidem pater occaſionem [40] ſeparationis præbeat, & mater ad ſecundas non venerit nuptias: apud [41] matrem nutriantur, expenſas patre præbente. Si vero per cauſam matris oſtendatur ſolutum matrimonium: tunc apud patrem maneant filii, & alantur. Si autem contigerit patrem quidem minus idoneum eſſe, matrem [42] vero locupletem: apud eam pauperes filios manere & ab ea nutriri jubemus. Quemadmodum [43] enim filii [44] locupletes coguntur matrem egentem alere: ita juſtum eſſe decernimus & a [45] matre locuplete filios paſci. Quod autem de alenda matre, & filiis indigentibus definivimus, hoc quoque in omnibus aſcendentibus deſcendentibusque perſonis utriusque naturæ valere præcipimus.

CAP. VIII.

De juſtis [46] divortiorum cauſis marito permiſſis [47].

QUia [48] vero plurimas in veteribus & noſtris legibus invenimus cauſas, ex quibus facile nuptiarum ſolutiones fiunt: ea cauſa perſpeximus ex his abſcindere aliquas, quæ nobis indignæ ad ſolvendas nuptias viſæ ſunt: & eas ſolummodo nominatim præſenti inſerere legi, pro quibus rationabiliter poteſt ſive vir ſive mulier repudium mittere. Nunc autem cauſas ex quibus maritus repudium mittere ſine periculo poteſt, & dotem [49] uxoris lucrari, ſervato in ea dominio ex eodem matrimonio filiis aut filiabus, quibus non extantibus, frui etiam proprietate: has eſſe decernimus. §. 1. Si [50] contra imperium [51] cogitantibus aliquibus conſcia eſt mulier, aut etiam viro ſuo non indicet [52]. Si autem vir hoc a muliere denunciatum tacuerit, liceat mulieri per quancunque perſonam hoc declarare imperio: ut vir nullam ex hac cauſa repudii inveniat occaſionem. §. 2. Si de adulterio maritus putaverit poſſe ſuam uxorem convinci: oportet virum priius [53] inſcribere [54] mulierem, aut etiam adulterum: & ſi hujusmodi accuſatio verax eſſe oſtenditur, tunc [55] repudio miſſo habere virum ſuper ante nuptias donationem, etiam dotem: & [56] ad hoc, ſi filios non habeat, tantum accipere ex alia uxoris ſubſtantia, quantum dotis tertia pars eſſe cognoſcitur: ut ejus proprietati & dos, & a nobis definita præ-

1 Major 25. ann. in cura eſſe definit. 2 Uſumfructum Jul. *hic.* 3 Jul. *hic*, *n.* 380. 4 Hinc ſumpta eſt Auth. *Si quis liber. C. de natur. lib.* 5 Inſtrumentum patris manu ſcriptum, ſubſcriptionem trium teſtium habens, pro filio fidem facit. 6 Juſta uxor videtur, cujus liberos in inſtrumento publico, vel private, tribus teſtibus munito, vel in teſtamento, vel apud acta, filios tuos nominaverit, unde poſſis colligere, adoptione filios tuos fieri, nili plus aliquanto dare libuerit nominationi, quam adoptioni. vide quæ dixi ad *Nov.* 89. *c.* 11. adde *l. c. f. C. de nat. lib.* *Novell.* 74. *cap.* 2. *in fin.* 7 Et de filiis ex tali matrimonio natis, Jul. *conſt.* 381. 8 Indotatæ autem liberi cum dotatis liberis æqualiter ſuccedunt, ut ita exæquentur liberi primarum & ſecundarum nuptiarum, licet non in utrisque intervenerint dotalia inſtrumenta. 9 Jul. *hic*, *n.* 382. 10 Hinc ſumpta eſt Auth. *Maximis. C. de nupt.* & Auth. *Sed nova jure. Cod. de nat. lib.* 11 *Nov.* 89. *c.* 8. 12 Nota quando & quorum in nuptiis, exigantur nuptialia inſtrumenta. 13 Μέχρι ὑπερηφάνων Græci *hic*, μεχρὶς τῶ πρωτοσπαθαρίου. 14 Harm. 4. §. 16. περὶ ἀξιωματικῶν. 14 Sine inſtrumentis. 15 Extranei melius tractantur. Non ita exacte agitur cum extraneis nimis: quam cum civibus ac vere ſubditis. 16 Puta Gothis, Vandalis & ſimilibus, qui frequentes in comitatu & aula Juſtiniani fuere. 17 Sine titulo fili. 18 Citra inſtrumenta ſcil. & ita hæc conſtitutione confirmantur leges, quæ fanciunt, nuptias contrahi ſolo affectu, juxta *Novell.* 22. *cap.* 3. ſoles illuſtres Romanos excipit, ut & *Novell.* 74. Emendatur hic quoque *Nov.* 74. *cap.* 4. §. 1. qua non illuſtres cogebantur profiteri nuptias apud epiſcopum, exceptis ſervis, militibus, agricolis & abjectis perſonis. 19 *Nov.* 53. *c.* 6. *Nov. Leon.* 106. *& f.* Harm. 8. *&* 94. 20 Hinc ſumpta eſt Auth. *Praterea. C. unde vir & uxor.* 21 *Nov.* 53. *c.* 6. 22 Id eſt, ab ea diverterit. 23 V. Jul. *hic*, *n.* 382. *Nov.* 22. *c.* 18. *Nov.* 53. *c.* 6. *Novell.* 74. *c.* 5. *Nov.* 134. *in fin. l.* 11. *Cod. de repud.* 24 *Nov.* 74. *c.* 5. 25 Dotis maximæ quantitas quæ fuerit veteribus, *Novell.* 22. *c.* 18. 26 Hoc abrogatur *Novell. Leon.* 106. 27 Sine juſta cauſa. 28 Repudiata. 29 Jul. *hic*, *n.* 383. 30 Viles perſonæ illuſtribus poſſunt nubere. 31 Lex 9. *C. de pactis conventis* hic confirmatur. 32 *l.* 1. *C. de nat. lib.* hic abrogatur. 33 Martiani Novella *de matrimonia Senatorum*, hic abrogatur. 34 *l.* 7. *C. de incapt.* 35 Viles mulieres duci poſſunt a viris non potitis in magna dignitate, dotalibus etiam inſtrumentis non confectis, & ab illis magna dignitate præditis, ſi tamen dotalia inſtrumenta compoſuntur, & ita hodie ſenator libertinam ducere, ſenatoris filia liberto nubere poteſt, abrogatis *l.* 16. *pr. l.* 23. 42. *in fin. l.* 44. *ff. de ritu nupt.* quin quæ palam quæſtum corporis faciunt, duci poſſint ab illuſtribus, abrogata *l.* 41. *ff. de ritu. l.* 7. *C. de incefts:* Eſtque hæc Novell plenior *Novell.* 78. *cap.* 3. quæ in nuptiis libertinæ abſolſe requirebat nuptialia inſtrumenta: huc refer *l. ult. Cod. de agricol.* 36 *Nov.* 98. *c.* 2. 37 Vid. Jul. *hic*, *num.* 384. 38 Hinc ſumpta eſt Auth. *Si pater. C. divortio facto, apud quem liberi morari vel educari debeant:* adde Harmen. 7. §. 4. 39 Olim erat

na applicetur. Si enim filios habuerit ex eodem matrimonio, jubemus etiam dotem (secundum quod de hoc censent leges) aliamque mulieris substantiam filiis conservari: & ita adulterum legitime convictum, una cum uxore puniri: & si quidem habeat uxorem adulter [1], accipere eam & dotem propriam & propter nuptias donationem, & si filios habeat, solo ufu mulier fruatur donationis, proprietate fecundum leges filiis servanda, aliam vero mariti substantiam ejus filiis ex nostra largitate donamus. filiis autem non existentibus, antenuptialis quidem donationis proprietatem mulieri competere sancimus: aliam vero mariti substantiam omnem fisco [2] secundum [3] antiquas applicamus leges.

§. 3. Si quolibet modo mulier vitæ viri fuerit insidiata: aut aliis hoc facientibus consentiens viro non [4] indicaverit. §. 4. Si cum viris extraneis [5] nolente marito convivatur, aut cum eis lavatur [6].

§. 5. Si nolente viro foris [7] domum manserit, nisi forsan apud proprios [8] parentes. §. 6. Si Circensibus [9] aut theatris aut amphitheatris interfuerit ad spectandum, ignorante aut prohibente viro.

§. 7. Si vero contigerit aliquem citra [10] unam prædictarum causarum uxorem suam a domo propria expellere, & illa non habens parentes apud quos possit manere, ex necessitate foris habitet nocte: jubemus nullam esse marito licentiam propter causam hanc repudium mittere uxori, eo [11] quod ipse hujus rei auctor existat.

CAP. IX.

De justis [12] divortii causis mulieri [13] concessis.

Causas [14] autem pro quibus rationabiliter potest viro a muliere mitti repudium, ex quibus potest & dotem recipere, & propter nuptias donationem exigere, similiter filiis servanda donationis proprietate, aut, filiis non extantibus, habere etiam hujusmodi dominium, has esse solas disponimus. §. 1. Si contra [15] imperium aut ipse cogitaverit aliquid, aut cogitantibus consciius non [16] indicaverit imperio, aut per se aut per quancunque personam. §. 2. Si quolibet modo vir insidiatus fuerit vitæ mulieris, aut aliis hoc volentibus sciens non manifestaverit uxori, & studuerit secundum leges ulcisci [17].

§. 3. Si maritus uxoris castitati insidiatus [18], aliis etiam eam adulterandam tentaverit tradere. §. 4. Si vir de adulterio inscripserit uxorem & adulterium non [19] probaverit, licere mulieri volenti, etiam pro hac causa repudium destinare viro, & recipere quidem propriam dotem, lucrari autem & antenuptialem donationem: & pro hujusmodi calumnia, si filios non habuerit ex eodem matrimonio, tantum secundum proprietatem accipere mulierem ex alia viri substantia, quantum antenuptialis donationis tertia pars esse cognoscitur. Si autem filios habuerit, jubemus omnem viri substantiam filiis conservari: firmis manentibus, quæ de antenuptiali donatione aliis legibus continentur: ita tamen, ut etiam propter illatam adulterii accusationem & non probatam, illis quoque maritus subdatur suppliciis, quæ esset passura mulier, si hujusmodi fuisset accusatio comprobata. §. 5. Si quis in ea domo in qua cum sua conjuge commanet, contemnens eam, cum alia inveniatur [20] in ea domo manens: aut in eadem civitate degens, in alia domo cum alia muliere frequenter manere convincitur, & femel & secundo [21] culpatus, aut per fuos, aut per mulieris parentes: aut per alias aliquas fide dignas personas hujusmodi luxuria non abstinuerit: licere mulieri pro hac causa folvere matrimonium, & recipere datam dotem, & antenuptialem donationem, & pro tali injuria tertiam partem æstimationis, quam antenuptialis facit donatio, ex ejus substantia percipere: ita tamen ut si filios habuerit, usu solo mulier potiatur rerum, quas ex antenuptiali donatione, & pœna tertiæ portionis, mariti substantiæ acceperit, dominio communibus filiis conservando. Si autem filios non habuerit ex eodem matrimonio, habere eam talium rerum etiam proprietatem præcipimus.

CAP. X.

Ut non liceat consensu matrimonium dissolvere, nisi ex causa probabili [22].

Quia [23] vero ex consensu aliqui [24] usque ad præsens alterna matrimonia solvebant, hoc de cætero fieri nullo sinimus modo, nisi forte quidam castitatis concupiscentia hoc fecerint. Si autem hujusmodi personæ filios habuerint: tam dotem quam antenuptialem donationem eorum filiis conservari disponimus. Si quis autem horum aut maritus forsan aut uxor, postquam propter castitatem ex consensu solverit matrimonium, inveniatur alias contrahens nuptias, aut luxuriose vivens: jubemus, si quidem (sicuti dictum est [25]) filii fuerint ex memorato conjugio, super dotem & propter nuptias donationem, eis tradi & proprietatem pene substantiæ illius quæ convincitur deliquisse personæ. Si vero filii minoris sint ætatis: gubernari eos & pasci ab illo parente præcipimus, qui nihil præsenti legi contrarium egerit. Si autem ambo parentes in hujusmodi vitium [26] incidant, tunc utriusque parentis substantiam filiis applicari: disponentes [27] autem eis, qui in minori sunt ætate constituti ordinari providentia competentis judicis & aliorum quibus hæc ex nostris legibus sunt commissa. Si autem filii non sint, utriusque personæ substantiam fisci rationibus applicari [28], & eos qui talia deliquerunt legitimis subdi suppliciis. Aliter enim separationem matrimoniorum fieri ex consensu, nulla ratione permittimus.

CAP. XI.

Quod tempus exspectare maritum in expeditione [29] degentem debeat mulier.

Quod [30] autem a nobis sancitum est [31] de iis qui in expeditionibus sunt & in militiis constituti, sive milites sint, sive fœderati [32], sive scholares, sive alii quidam sub alia quacunque militia armata constituti: melius ordinare perspeximus, & jubemus, quantoscunque [33] annos in expeditione manserint, sustinere eorum uxores: licet nec literas nec responsum aliquod a suis maritis susceperint. Si qua vero ex hujusmodi mulieribus suum maritum audierit [34] esse mortuum, neque tunc ad alias eam venire nuptias sinimus, nisi prius accesserit mulier aut per se aut per suos parentes, aut per aliam quamcunque personam, ad priores numeri [35] chartularios, in quo hujusmodi maritus militabat: & eos, seu tribunum (si tamen adest) interrogaverit, si pro veritate mortuus est ejus conjux: ut illi sacris Evangeliis propositis sub gestis monumentorum deponant, si pro veritate vir mortuus est. Et postquam hæc gesta monumentorum confecta mulier pro suo testimonio perceperit, etiam post hoc jubemus manere eam per unius anni spatium, ut etiam post hunc decursum liceat legitimas contrahere nuptias. Si autem præter hanc observationem mulier præsumpserit ad aliud venire matrimonium: & ipsa, & qui ducit eam uxorem, velut adulteri puniantur. Si autem qui sub gestis monumentorum cum jurejurando testati sunt, convincantur etiam falsum postea deposuisse testimonium: ipsi quidem militia denudati, decem auri librarum pœnam compellantur exolvere illi quem mentiti [36] sunt mortuum esse: ipse vero licentiam habeat, si voluerit, suam [37] uxorem recipere. Si vero scholaris fuerit ille de cujus morte dubitatio est, a primis scholæ & actuario: si autem fœderatus, ab optione ejus memoratam depositionem accipere ejus uxorem, his observandis, & circa alios omnes, qui in armata militia referuntur.

CAP. XII.

Ex quibus [38] causis matrimonium sine pœna solvatur [39].

Prædictis itaque causis prosperimus etiam has nominatim adjicere, ex quibus matrimonia sine pœna licet transigere: hoc est, de iis qui [40] non potuerunt [41] ab initio nuptiarum misceri suis uxoribus, & quæ per naturam viris concessa sunt, agere: insuper de iis viris ac fœminis, qui consistente matrimonio sanctimonialem [42] conversationem & monasterii habitationem elegerint, & de iis personis quæ in captivitate [43] aliquanto tempore detinentur: in his enim tribus casibus quæ de eis prioribus nostris legibus continentur, firma esse sancimus. Memoratas igitur omnes causas, quæ in præsenti nostra lege continentur, solas fuficere jubemus ad transactionem legitimorum matrimoniorum. Reliquas autem omnes vacare præcipimus, nullamque aliam causam citra eas quæ nominatim infertæ sunt huic legi posse solvere legitimum matrimonium, sive nostris sive veteribus legibus continentur.

1 Pœna adulteri mariti. Adulter autem dicitur, non qui uxori fidem semel aut fecundo fallit, *cap. 9. infr. hic.* sed qui cum alterius uxore rem habuit, *ut hic.*

2 Adulteri bona olim confiscabantur. *Novell. 134. cap. 10.* 3 Harm. 12. *d. loc., & 6. tit. 2.* 3 *d. cap. ult.* 4 De delicto non indicantis, *dixi supr. hoc cap.*

5 Extraneorum voce non etiam intelligemus ejus agnatos & cognatos proximos?

6 Si uxor invito marito cum masculis extraneis convivatur aut lavat, repudiari potest. vid. *Novell. 22. c. 15. §. 2.* 7 *Novell. Leon. 31.* 8 Apud quos nihil injuriæ fuspicionis esse potest, & ita, nolente etiam viro, potest uxor impune extra domum mariti apud parentes manere. 9 Ludis fcilicet. 10 Omittit causam exheredationis, cujus fit mentio *Nov. Leon. 30. 31.* 11 Nemo potest id punire, cujus admittendi causa fuerit, *l. 13. §. 5. ff. ad l. Jul. de adult.* 12 De repudiis, vid. *Nov. 22. c. 15.* 13 *Nov. 22. c. 15. §. 1. & 4.* Harm. 12. *cap. αἱ αἰτίαι τῆς διαζύξεως.* & Jul. *conft. 168. nunc. 386.* 14 Hinc fumpta est Authentica, *Sed nov. Cod. de repud.* 15 Uxor virum majestatis reum deferre potest, & in eum testis esse, 1. Harm. *6. cap. περὶ κακοηθείας.* *16 d. c. 15. fupr. hic.* 17 Maritus injuriam uxoris tenetur propulsare: uxores enim a maritis defendi jus est. §. 2. *in fin. Inft. de injur.* 18 Si maritus lenocinium uxoris procuravit, divertere ab eo uxor potest. 19 Maritus falso uxorem de adulterio impune non accusat.

20 Quod maxime caftas uxores exalperat. *Novell. 22. cap. 15. §. 1.* 21 Non temere a marito scortatore uxor potest discedere & ideo bina saltem admonitio prius requiritur. Ex hoc loco posse colligi puto, cum proprie non esse adulterum, qui cum muliere foluta rem habet, *ut hic*, sed eum tantum, qui cum alterius uxore, *ut cap. 8. fupr. hic.* Priori relipiscenti pœna non infertur, *ut hic*: sed neque capitalis pœna hic statuitur. Posterioris pœna capitalis est. *Nov. 134. c. 10.* 22 Jul. *hic n. 387.* 23 Hinc fumpta est Authent. *Quod hodie. C. de repud.* 24 Et ita abrogatur lex 60. *ff. de donationibus inter virum*, lex 9. *Cod. de repud. & Novell. 22. cap. 4.* quibus licuit mutuo consensu matrimonium dissolvere. Verum hæc Novella postea abrogatur per Novellam 140. c. 1. qua repudium fierî mutuo consensu permittitur. 25 *Cap. 8. c. 9. h. tit.*

26 Ut fcilicet scortentur. Quid si nuptias redintegrant? aliud dixeris. 27 Cassim observa, quo parentibus adimuntur bona, ut eorum liberis detur, ipsis liberis dispensatore seu curatore constituto. 28 Panam scortantium post matrimonium castitatis causa solutum observa. 29 De uxoribus militum, vid. Jul. *num. 388.*

30 Hinc fumpta est Authentica, *Hodie. Cod. de repud.* 31 *Nov. 22. c. 14.*

32 Fœderati & scholares qui essent, diximus *Novell. 116. cap. 1.* 33 Lege Constantini, uxor, si quadriennio nullum fospitatis mariti indicium accepisset, certa solemnitate præeunte poterat impune nubere *l. 7. C. de repud.* lege Justiniani quadriennium Constantini ad decennium prorogatum fuit, *Novell. 22. cap. 14.* quod decennium hic in incertum tempus mutatur. 34 Ob quantumvis longam abientiam mariti, uxor alteri nubere non potest, nisi audiverit eum certo mortuum, *ut hic.* unde, vel qua causse cognitione habita, *petenda fit hujusmodi certitudo, ut ff. hic.* 35 Chartularii numerorum militum fin asta referebant omnia militantium, & qui eorum essent mortui, *ut hic.* 36 Pœna mentientis, aliquem mortuum esse. 37 Eadem verba leguntur in Auth. *Hodie uxor. C. de repud. Nov. Leon. 32.* Porro cum hæc quæstio, de redintegratione matrimonii, fit utilis his, qui in foro Ecclesiastico & confistoriis versantur, & de ea paucis abhinc annis fuerim rogatus, cum forte Tilius aliquis post 30. annum ad uxorem rediisset, vitum est ea de re aliquid hic dicere. Primum illud fit, hodie non licere uxori (die idem in marito) propter quantumvis longam mariti abientiam (rejecto quadriennio Constantini *l. 7. Cod. de repud.* & biennio Justiniani *Nov. 22. c. 6.*) alteri prius nubere, quam de morte penitus certior facta fuerit, *ut hic.* Secundum ex *cap. 44. extra. de sent. excommun.* Mulierem vere comperta prioris mariti absentia fospitate marito secundo præfenti debitum conjugii fitem præstare impune posse, præsertim si maritus secundus eam exigat: fore aliud, si rumor incertus fospitatis prioris mariti fuerit, ne alioquin vel contra legem conjugii, vel contra conscientiam offense committatur. Tertium, priori marito reverso, jus esse uxorem suam recipiendi, *ut hic.* Quam sententiam usus antiquus & Leo Pontifex 34. *quæst. I. can. per bellicam*, confirmavit, dignitate nuptiarum motus, quæ Deum autorem & vitam individuam continent. Moveor eo amplius, quod res absentium & captivorum ubicunque vel non utendo amittæ, postea reversis, magistratus beneficio restituantur. *l. 1. ff. ex quib. caus. major.* Æquissimum esse, ut si jus id in rebus inanimatis admittatur, idem quoque inter animata & quidem ratione præcita, proletur. Jubet itaque uxorem marito restitui, idque fidem olim datam expotere; ad opprobrium enim malæ voluntatis non trahendum quod conditio necessitatis & captivitatis extorserit. Id ipsum (ubi invalescente) confirmavit Innoc. *c. urfus §. 34. c. 12.* Lucius Tertius quoque *in epist. ad captivas fin c. dominus, extra. de secundis nuptiis.* in eadem etiam sententia est, adeo ut si mulier posteriorem præferat, adulterium committat. Sic error verum matrimonium vitiare non potest *arg. l. 6. §. 1. ff. de off. præfid.* Est & illud elegans, quod Alexander 3. *in c. Latar 7. extra. de sent. & rejudicata.* & ibidem interpretes docent, sententiam latam adversus matrimonium nunquam in rem judicatam transire: idcirco semper revocandam, quoties de errore constiterit. Dices, si jus ita sit, consequens esse, ut intermedio tempore uxor adulterium commiserit, & suscepti ex hujusmodi copulatione liberi sint illegitimi? Sed collectio hæc vitiosa est, *l. 11. §. 12. ff. ad l. Jul. de adult.* Putativum enim matrimonium ad legitimationem filiorum prodesse dicitur *l. 4. C. de incestis*: & errori communi, opinioni, *l. 2. C. si servus aut libertus 10. tit. 32.* necessitati, & utilitati publicæ aliquid indulgeri æquum est, & ubi tum, ut ex iis causis gesta bona fide ac simplicitate summa teneant. Vid. quæ notavi ad *l. 3. ff. de off. prator. l. 3. ff. de SC. Macedon.* etiam si status posterioris mariti redeat ad causam extranei & non mariti, *arg. l. 11. l. 38. C. de liberali.* 38 Die ex tribus.

39 Vid. Jul. *conft. 108. cap. 189.*

40 Vid. *Nov. 22. c. 6. l. 10. C. de repud.* 41 Impedimentum potest esse vel in viro, *ut hic*: vel in uxore, *l. 14. §. 7. ff. de aditiis.* 42 *Novell. 22. cap. §. Novell. 123. cap. 39. l. 60. §. 1. ff. de donat. int. vir. l. §3. in fin. l. §6. C. de epifc.*

43 Vid. *c. dubitatus. extra. de fecund. nupt. Novell. 22. c. 7.*

CAP.

CAP. XIII.

Si [1] mulier sine justa causa marito suo repudium miserit [2].

Quia vero quædam mulieres inhoneste volentes vivere, festinant propria matrimonia solvere: sancimus si quando mulier citra aliquam prædictarum a nobis causarum voluerit matrimonium solvere, licentiam quidem eam non habere hoc agere: si vero permanserit in hujusmodi impia voluntate, & repudium marito transmiserit: jubemus [3] dotem quidem viro dari, communibus filiis secundum legem servandam: si autem filios non habuerit, lucrum fieri marito, mulierem vero periculo judicis negotium audientis tradi episcopo civitatis, in qua communiter domicilium habuerint, quatenus illius providentia in [4] monasterium ipsa mittatur, ut quoad vixerit, debeat ibi consistere: & si quidem filios habuerit hujusmodi mulier, duas partes proprias ejus substantiæ dare filiis: tertiam vero monasterio [5] in quod mittitur, applicare jure proprietatis. Si vero filios non habuerit, sint autem ei parentes: duas partes quidem ipsius substantiæ monasterio præberi ubi mittitur, tertiam vero partem illius parentibus dari: nisi tamen sub potestate eam habentes, irrationabili repudio consenserunt [6]: in hoc enim consentientes, nihil eos penitus ex substantia filiæ habere permittimus: sed hæc omnia venerabili monasterio volumus applicari. Porro neque filiis, neque parentibus existentibus ei omnem similiter ejus substantiam competere monasterio. Si vero judex qui negotium examinat, hoc non fecerit, id est, tradiderit in hoc deprehensam civitatis episcopo, ut debeat in [7] monasterium mitti: siquidem in hac felicissima civitate fit judex, ipse quidem vigintiquinque librarum auri pœnam exigatur: officium autem ejus alias decem. Si vero in provincia sit hujusmodi judex, & non egerit quæ nobis in hac justa sunt, decem librarum auri persolvat pœnam, & officium ejus alias quinque. Si vero judex fuerit non [8] habens cingulum, ipse quidem pœnam decem librarum auri exigatur, ministrantes autem ei quinque, quatenus multa quæ hinc accedit a memoratis personis, per commitem [9] rerum privatarum, & palatinorum scholam exigatur: & nostro assignetur ærario. Si [10] autem & vir circa mulierem transgrediatur [11] studuerit matrimonium, & irrationabiliter [12] repudium destinarit: jubemus reddere quidem eum, quam susceperit dotem una cum sponsalitia largitate, & tantum ex alia ejus substantia præberi mulieri, quantum tertiam partem sponsalitiæ faciat lagitatis: & si quidem ei filii sunt, solum usum & antenuptialis donationis, & a nobis additæ tertiæ partis mulierem habere: proprietatem vero filiis conservare, filiis autem non existentibus, habere mulierem super [13] usum in ipsis rebus etiam proprietatem, & prædictas quidem dispositiones dissolutis rationabiliter aut etiam irrationabiliter nuptiis ordinamus: & omnia de memoratis casibus secundum hanc nostram constitutionem judicari & decidi decernimus.

CAP. XIV.

Si quis uxorem suam flagellis castigaverit [14].

Si quis autem propriam uxorem flagellis [15] aut fustibus [16] cæciderit sine aliqua causarum, quas contra uxores ad matrimonii solutionem sufficere jussimus, matrimonii quidem solutionem ex hoc fieri nolumus [17]: virum autem qui monstratur sine hujusmodi causa vel flagellis vel fustibus cæcidisse uxorem suam, tantum [18] pro hujusmodi injuria ex alia sua dare substantia uxori etiam constante matrimonio, quantum tertia pars substantiæ uxori legitatis.

CAP. XV.

Si quis suspicatus fuerit de aliquo, velle eum prædori uxoris suæ illudere [19].

His [20] quoque etiam illud adjicimus, ut si quis forsan suspicatur aliquem velle suæ uxoris illudere castitati, & *contestationes ei ex scripto [21] tres destinaverit*, habentes testimonia trium virorum fide dignorum, & post has tres ex scripto contestationes invenerit eum convenientem suæ uxori: siquidem in sua [22] domo, aut ipsius uxoris, aut adulteri, aut in popinis, aut in suburbanis: esse licentiam marito propriis manibus talem perimere [23] nullum periculum ex hoc formidanti. Si vero in alio loco talem invenerit cum sua uxore loquentem: non minus tribus testibus fide dignis convocatis [24] per quos probare possit, quod eum cum sua uxore comperit: judici tradere crimina examinanti. Illum vero pro veritate cognoscentem post tres ex scripto contestationes cum tali muliere eum inventum: talem quidem tanquam ex [25] hoc filo adulterii crimini subjacentem, nulla alia ratione quæsita punire: licentiam autem exequi crimen. §. 1. Quia vero ita comperiuntur aliqui impii, ut etiam in [26] venerandis domibus præfumant in talibus se miscere sceleribus, & ibi [27] de peccatis tractare, ubi confueverunt Deum timentes, peccatorum veniam postulare: jubemus, ut si quis talis inveniatur in [28] locis venerabilibus alienæ uxori, de qua in suspicione est, post tres (sicut dictum est) contestationes loqui, licentiam esse ejus marito utrasque personas defensori ecclesiæ aut aliis clericis tradere [29]: ut ad eorum periculum divisim [30] iiti ferventur [31], donec judex hoc cognoscens mittat ad episcopum civitatis, quatenus ei iiti tradantur, ut debeant sustinere tormentum secundum leges quæ interdicunt adulteros [32] a sanctissimis ecclesiis vindicare [33]: nullam neque in hoc aliam judicæ quærente de adulterio probationem, nisi tres (sicuti jam supra diximus) contestationes, his enim tribus contestationibus ostensis, omnibus modis illi sicuti adulteri punientur. Non enim debent hujusmodi personæ in venerabili loco munimen habere, quem [34] ipsi per scelus proprium despexerunt: nam si eos qui alibi rapinas mulierum, aut adulteria committunt, & ad orationum domos confugiunt, ab eis vindicari [35] nostræ leges non sinunt: quomodo [36] illis qui in ipsa ecclesia tale fœdus studuerint perpetrare, permittimus aliquod auxilium ex ecclesiasticis terminis invenire? sed omnibus modis judicibus eos tradi, & pœnam sustinere qua digni sunt, qui sanctissima loca violare præsumunt. Quis enim [37] ibi delinquit, ubi salutem petat? Et generaliter disponimus, ut si quis invenerit suam uxorem aut filiam aut neptem, aut sponsam [38] in venerandis locis cum aliquo loquentem, & suspicatus [39] fuerit turpis gratia causæ eos colloqui: tradat eos defensori, aut aliis sanctissimæ ejus ecclesiæ clericis, ut ipsi suo periculo utrasque personas divisim tamdiu custodiant, donec judex eos accipiat, & secundum leges causas decernat.

EPILOGUS.

† Quæ igitur per præsentem & in perpetuum valituram legem nostra definivit tranquillitas, in omnibus prædictis casibus valere volumus: nisi tamen nondum [40] aut judiciali decreto, aut amicabili conventione decisa sunt: quæ suum robur habere sancimus. Gloriosa igitur & eminentissima auctoritas tua in hac quidem inclyta civitate edictis propositis ad notitiam perducat universorum: in provinciis autem per præcepta ad clarissimos provinciarum judices destinata hæc omnibus facere manifesta festinet: ut nullus penitus ignoret, quæ pro utilitate nostrorum collatorum a nobis dispositæ sunt: ita tamen, ut omnibus per propria præcepta pronuntiet: quatenus fine quolibet injusto dispendio nostris collatoribus præsentis legis fiat insinuatio. Dat. 15. Kal. Jan. Dom. JUSTIN. PP. August. Anno XV. [41] BASIL. V. C. CONS.

1 *Nov. 22. cap. 16. 19.* injuste repudium mittentis. 2 Vid. Jul. *hic num. 340.* 3 Pœna conjugis 4 *l. 1. l. 2. Cod. Theod. de repud.* adde *verf. Si vero ju.* 5 Pœna conjugis *xor, ff. hic.* Pœna ecclesiastica, detrudi in monasterium perpetuum ob injustum repudii causam, *ut hic*: ob adulterium, *Novell. 134. cap. 10.* de detrusione in carcerem, vid. Petrum Gregorium 31. *Syntag. 32.* De perpetua carceris pœna dixi ad *l. 8. §. 9. ff. de pœnis.* dicam & ad Novellam Emanuelis *cap. 3.* 6 Pœna consentientis illegitimo matrimonio. 7 Vid. *verfic. foris. ff. hic.* 8 Id est, non magistratus, Jul. *hic.* 9 Vid. *tit. Cod. de effec. comit. rer. privatar.* 10 Hinc sumpta est Authentica, *Sed nov. C. de repudiis.* 11 Dissolvere, est enim transactio litigiosæ rei solutio. 12 Pœna mariti injuste repudium mittentis. 13 Id est, præter usum. 14 Jul. *hic num. 391.* De condictione ex hac lege pro honestis uxoribus adversus maritos, vide Oldendorpium *class. 7. ad.* 12. agitur autem his de pœna mariti flagello verberantis uxorem. 15 Flagellis cædi injuria, *l. 11. §. 7. ff. de injuriis.* 16 Lignis, Jul. *hic.* 17 Extra restringitur *l. 8. §. 2. C. de repud.* 18 In quibus casibus vir potest uxorem repudiare, in illis omnibus potest uxorem acriter verberare & domo exigere. In aliis casibus uxorem interpretes, marito modicam uxoris castigationem permitti, *arg. l. 17. §. 1. ff. de ritu. l. 5. in fin. l. 6. ff. ad leg. Agull. l. 13. §. 4. ff. locati: l. 2. in fin. ff. de obsequiis. l. 1. Cod. de emendat. propinq.* si tamen id accideri, volunt eo casu jurari vel cautionem a marito præstari, nunquam uxorem in posterum sic verberaturum iri, *arg. l. 6. in fin. C. de his qui ad eccles. confug.* adde Bellovisum. 1. *practi. 9. n. 16. 17.* 19 Vid. Jul. *hic n. 392.* 20 Hinc sumpta est Authentica, *Si quis. C. ad l. Jul. de adult.* adde 6.

21 Eodem modo sacerdotes, presbyteri, diaconi, subdiaconi, & similes, si post primam, secundam & tertiam denunciationem perrexerint cum alterius uxore confabulari & conversari, excommunicentur. *cap. 2. extra. de cohabitat. cleric.* 22 Adulterum uxoris quemadmodum maritus possit occidere. *Goth.* Vid. *Conf. forens. nostram lib. 1. cap. 1. num. 9. S. 1.* 23 Vid. *l. 24. ff. ad l. Jul. de adult.* 24 Testes in quibus causis rogandi sint, *Novell. 90. cap. 2.* 25 Præsumitur adulter, qui ter & foleniter manitus non desit cum uxore alterius loqui. 26 Prop. 2. *Elog. 14.* Illic (id est, ruri) te multi poterint corrumpere ludi, Fanaque peccatis plurima cauta tuis. 27 Magnum scelus, ibi de peccatis tractare, ubi Deum timentes confueverunt peccatorum veniam postulare. Crescit delictum qualitate loci. Hinc Juvenalis 9. verf. 24. quo non prostat fœmina templo. 28 Protestatio fieri potest in Ecclesia, vid. *l. 2. Cod. de sacrosanct. eccles.* 29 Non licet marito adulterum in templo occidere: licet tamen adprehendere. 30 Id est, locis & dietis separatis. 31 Episcopi jus est, ex cauta reos deprehentos custodire. 32 Adulteri jure afyli non fruuntur, vid. *l. 6. in fin. Cod. de his qui ad Eccles.*

33 Ἐκδικεῖσθαι *Scrimg.* immunitatem sperare. *Hal.* 34 Quod quis deficit, eo non juvatur. 35 Id est, excusari. 36 Argumentum a minori ad majus. Afyli jure non fruitur adulter, qui ad Ecclesiam conjugis: multo minus qui in ipla ecclesia de adulterio tractavit. 37 Inversa videtur oratio, ut sit fenlus: Ne quis ibi salutem sperret, ubi deliquit. 38 Quod de uxore dicitur, interdum ad sponsam extenditur, *ut hic.* 39 De sola suspicione potest quis adulteri causa prehendi. 40 Leges non porriguntur ad casus seguentia vel transactione decisos. 41 Id est, anno 541.